

# Неділя друга по Богоявленню

*Пс. 65, 4-12*

Інтроїт (спів на вхід)



**O**MNIS terra adoret te, Deus, et psallat tibi: psalmum dicat nómini tuo, Altíssime.

*Пс. Iubiláte Deo, omnis terra, psalmum dícite nómini eius: date glóriam laudi eius.*

Колекта

**O**MNÍPOTENS sempitérne Deus, qui cœléstia simul et terréna moderáris: supplicatiónes pópuli tui cleménter exáudi; et pacem tuam nostris concéde temporíbus.

Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

*Рим. 12, 6-16*

Читання

**F**RATRES: Habéntes donatiónes secúndum grátiam, quæ data est nobis, differéntes: sive prophétiam secúndum ratiónem fídei, sive ministérium in ministrándo, sive qui docet in doctrína, qui exhortátur in exhortándo, qui tríbuit in simplicitáte, qui præest in sollicitúdone, qui miserétur in hilaritáte. Diléctio sine simulatióne. Odiéntes malum, adhæréntes bono: Caritáte fraternitátis ínvicem diligéntes: Honóre ínvicem præveniéntes: Sollicitúdone non pigri: Spírítu fervéntes: Dómino serviéntes: Spe gaudéntes: In tribulatióne patiéntes: Oratióni instántes: Necessitatibus sanctórum comunicántes: Hospitalitátem sectántes. Benedícite persecúntibus vos: benedícite, et nolíte maledícere. Gaudére cum gaudéntibus, flere cum fléntibus: Idípsum ínvicem sentiéntes: Non alta sapiéntes, sed humílibus consentiéntes.

*Пс. 106, 20-21* & *Пс. 148, 2*

Градual та алілуя

**M**ISIT Dóminus verbum suum, et sanávit eos: et erípuit eos de intéritu eórum.

**✠** Confiteántur Dómino misericórdiæ eius: et mirábilia eius fíliis hóminum.

**A**LLELÚIA, allelúia. Laudáte Dóminum, omnes Angeli eius: laudáte eum, omnes virtútes eius. Allelúia.

**В**ся земля нехай поклониться Тобі і співає Тобі, нехай же співає Імені Твоєму, Всевишній! *Пс. Воскликніте Господеві, вся земле, співайте ж Імені Його, віддайте славу в хвалі Йому!*

**В**семогутній вічний Боже, Ти управляєш водночас небесним та земним: милостиво вислухай моління народу Твого та мир Твій подай часам нашим.

Через Господа нашого Ісуса Христа, Сина Твого, Котрий з Тобою живе і царює в єдності Святого Духа, Бог, на віки вічні.

**Б**рати: Маючи ж, згідно з даною нам благодаттю, різні дари: коли то дар прощання, виконуймо його мірою віри; хто має дар служіння, нехай служить; хто навчання, нехай навчає; хто напоумлення, нехай напоумляє. Хто дає - у простоті; хто головує - дбайливо; хто милосердиться - то з радістю. Любов нехай буде нелицемірна; ненавидівши зло, приставайте до добра. Любіть один одного братньою любов'ю. Пошаною один одного випереджайте. В ревності не будьте ліниві, духом горіть, Господеві служіть; веселі в надії, в горі терпеливі, в молитві витривалі; святих у потребах спомагайте і дбайте про гостинність. Благословляйте тих, що вас гонять; благословляйте, не проклинайте. Радуйтеся з тими, що радуються; плачте з тими, що плачуть. Між собою будьте одної думки, про високе не мудруйте, радше до покійного схиляйтеся.

**П**ослав Господь Слово Своє, і зцілив їх, і визволив їх із золотія їх.\* **✠** Хай прославлять Господа за милості Його і за чудеса Його синам людським!

**А**лілуя, алілуя. Хваліте Його, всі Ангели Його, хваліте Його, всі Сили Його. Алілуя.

**I**n illo tēpore: Nūptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: et erat Mater Iesu ibi. Vocátus est autem et Iesus, et discípuli eius ad nūptias. Et deficiēte vino, dicit Mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi et tibi est, mulier? nondum venit hora mea. Dicit Mater eius minístris: Quodcúmque dixerit vobis, fácite. Erant autem ibi lapídeæ hýdriæ sex pósitæ secúndum purificatióem Iudæórum, capiētes síngulæ metrétas binas vel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hýdrias aqua. Et implevérunt eas usque ad summum. Et dicit eis Iesus: Hauríte nunc, et ferte architriclínó. Et tulérunt. Ut autem gustávit architriclínus aquam vinum fáctam, et non sciébat unde esset, minístri autem sciébant, qui háuserant aquam: vocat sponsum architriclínus, et dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: et cum inebriáti fúerint, tunc id, quod detérius est. Tu autem servásti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit inítium signórum Iesus in Cana Galilææ: et manifestávit glóriam suam, et credidérunt in eum discípuli eius.

*Пс. 65, 1-2.16*

**I**UVILÁTE Deo, univérsa terra: psalmum dícite nómini eius: veníte et audíte, et narrábo vobis, omnes qui timétis Deum, quanta fecit Dóminus ánimæ meæ, allelúia.

*(Читається тихо, після Orate fratres)*

**O**VLATA, Dómine, múnera sanctífica: nosque a peccatórum nostrórum máculis emúnda. Per Dominum.

*пор. Ін. 2, 7-11*

**D**ICIT Dóminus: Implete hýdrias aqua et ferte architriclínó. Cum gustásset architriclínus aquam vinum factam, dicit sponso: Servásti bonum vinum usque adhuc. Hoc signum fecit Iesus primum coram discípulis suis.

**Т**ого часу: весілля відбувалося в Кані Галілейській, і була там мати Ісусова. Отож запрошено на те весілля й Ісуса та його учнів. Коли ж не вистачило вина, мати Ісусова й каже до нього: «Вина в них нема». Відрік їй Ісус: «Що мені, жінко, - а й тобі? Таж не прийшла година моя!» Але мати його говорила до слуг: «Що лиш скаже вам, - робіть». Було ж там шестеро кам'яних посудин на воду, щоб очищуватися по-юдейському; кожна вмщала дві або три мірки. Сказав їм Ісус: «Наповніть посудини водою». Вони й виповнили їх по вінця. А він їм далі каже: «Зачерпніть тепер та й несіть до старости весільного». Тож понесли. Коли ж покуштував староста воду, що на вино обернулась, - а не знав же, звідки воно взялося: слуги лише знали, котрі води зачерпнули були, - то закликав староста молодого і до нього мовив: «Всяк чоловік добре вино спершу подає, а гірше, - як уп'ються. Ти ж приховав добре вино аж он по сю пору». Ось такий чудес початок учинив Ісус у Кані Галілейській, і велич тим свою об'явив, - тож і учні його увірували в нього.

(принесення дарів)

**В**оскликніте Богові, вся земле, співайте ж Імені Його. Прийдіте, послухайте, всі, що боїтеся Бога, і повідаю вам, скільки зробив Господь душі моїй, алілуя.\*

Секрета (молитва над дарами)

**П**ринесені дари освяти, Господи, а нас відскверн гріхів наших очисти. Через Господа...

*Префация Трійці*

Спів на Причастя

**С**казав Господь: «Наповніть посудини водою та й несіть до старости весільного». Коли ж покуштував староста воду, що на вино обернулась, то мовив до молодого: «Ти приховав добре вино аж он по сю пору». Таке було перше чудо, що учинив Ісус перед учнями своїми.

## Молитва після Причастя

**A**UGEATUR in nobis, quæsumus, Dómine, tuæ virtútis operatio: ut divínis vegetáti sacraméntis, ad eórum promíssa capiéndá, tuo múnere præparémur. Per Dominum.

**П**римнож в нас, просимо, Господи, дію Твоєї сили, щоб, укріплені божественними тайнами, ми були приготовані Твоїм даром прийняти те, що вони обіцяють. Через Господа...